

178



Dissertationes in hoc volumine contentae.

1. Positiones quaedam Juridico-Politicae dubias quas praesentavit Henrico Grosse, J. V. D. publico veritati commissis Jacobo Clemens. Vratislaviae. Siles. Wittebergae.
2. Conclusiones aliquotae propositae a Daniele Kahl J. C., et fensae a Gottholdo Martini J. C. Heidelbergae.
3. Positiones et inculpatae tutelae, quas disputandas proposuit Leopoldus Haselmann. J. V. D. Resp. Bernhardus ab Arnim. Eq. March. Lipsiae.
4. Dissputatio de Factis, quam praesentavit D. Wilhelmus Schmecken et fensit Wilhelmus Müller. Hamburgi Lipsiae.
5. Dissputatio ad l. Transigere. 18. C. et Transactionibus, quam Conradus Casp. Eovig J. V. D. Resp. Christiano Casp. Eovig Collic. Misn. Wittebergae.
6. Positiones ex eadem l. 18, quas placida collatae Lubicis Franciscus Romang. J. V. D. Resp. Christiano Brandenstein. Lipsiae.
7. Assertiones de Servitutibus realibus, quas examinandas proposuit Friedrichus Georgij. J. V. D. Resp. Philippo Lockmann. Jov. nensi. Lipsiae.
8. Dissputatio de dolo, quam praesentavit Valentinus Thiemero. J. C., publico examini subiecit Augustus Kölyer. Hannover. J. C.
9. Dissputatio de Probationibus, quam praesentavit Conrado Casp. Eovig J. V. D. publico examini exhibuit Henricus Schabbeke. Wismar. Me., Gapol. Wittebergae.
10. Dissputatio de Fidei Testamento, quam praesentavit Orosolpho Formanno. J. C. mis Johannes Christophorus Aremann. J. C. J. C. J. C.

11. Diss. Inauguralis et Testibus, quam scripsit P. Valentino Diemero, pro
summo in iuribus iure gradu consequendo auct. M. Johannes Gepp.
Slembaco-Marchey. Jene.

12. Diss. et Juramento Testimonij et Iuramentis, quam scripsit Christiano
Drimbragt. J. V. D. examinanda proposuit Johannes Dufur,
Cubena-dusa. Wittebergae.

13. Diss. inauguralis de Juramento Mixtionis, quam contra scripsit
pro summo in iuribus iure gradu consequendo publice proposuit M.
Corbinianus Bradstorb. Wurceburgensis. Wittebergae.

14. Theses et Estimatio quae sit perjuratio in iure, scripsit Johannes
Leonhardo Agricola J. V. D. proposuit a Benedicto Carp Covio.
Wittebergae. Lipsiae.

15. Diss. et tractibus in genere, et nominatis realibus in specie, quam scripsit
valentino Diemero J. V. D. examinanda proposuit Conradus Dyllich,
Hannover. Jene.

16. Diss. epistol. 2. C. et Lex. Verdis, quam scripsit Adamo Einpoldt Spremb.
Siles. J. V. D. Leonhardo discribenda proposuit Hadrianus Post. Grunb.
Siles. Wittebergae.

17. Conclusiones et Retractiones in tractibus, et ultimis voluntatibus,
quas oppugnandas proposuit Wolffgangus von Brandenburg. Lipsiae.

18. Diss. et usibus capitulorum eius cognatis, quam scripsit Valentino Diemero.
J. V. D. placida collata subiecit Georgio Stephano Schelkase. Coburg.
Jene.

19. Diss. et Nova, quam scripsit Nicolaus Jafosay. J. V. D. et sententia suscepit
Erico Georgio Langen, Hamelon. Brunsvico. Wittebergae.

20. Theses et Juramentum, quae pro licentia in v. g. consequenda publice
Cursus subiecit M. Jacobus Blumel. Lipsiae.

24. Conclusiones et Titulis, quas publicè disputandas proposuit Sigis, mundy Finkelhans. J. V. D. Resp. Jona Möstelio. Lipsia.
25. Diss. et Testamentis ordinandis, prout D. Christiano Erumbrecht et fensa à Zacharia Kranton, Reichenbach: Sil. Witteberger.
26. Diss. de Metaphisica et Jure Fidei commissorum, quam programmam in utroque iure lauream consequentia dicit Arnoldy Breun. Esleb. Ba siles.
27. Conclusiones epistol. D. si quis argentum. c. p. alio a. donatus, post. et Donat. c. fin. et eod. pro licentia in utroque iure consequenda, fensa à M. Gabriele Tuncel. Halensi. Lipsia.
28. Conclusiones epistol. D. et C. utilissimi iudicis uti possit, publicè disquisitioni subiecta à Christian von Brandenburg. Lipsia.
29. Diss. et Moratorum Prescriptione quam prout Sadismundo Fin, Keltmans J. V. D. respondendo et fendis Henric à Starphädel. eq. Missa. Lipsia.
30. Brevis thesaurus de Protestationibus quam prout Georgio Schultze. J. V. D. pro summo in utroque iure Doctoratus gradus consequendo publicè proposuit Adamy Einwald. Spremb. Lusat. Witteberger.
31. Conclusiones epistol. diffamari. c. et ipsam manum. et Clem; Sape. et v. sr. quas pro licentia Doctorali in utroque iure consequenda publicè discutendas proposuit Friderig Trauboth. Grevi, vestang. Lipsia.
32. Diss. et questionibus, quam prout Wilhelmo Schmeck. J. V. D. discussam eandem proposuit M. Andreas Schneider. Lipsia.
33. Positiones et Appellationibus, quas pro licentia in utroque iure consequenda publicè discussam exposuit Roch Heilandt Weis, sexfels. Lipsia.

31. Diss. de Actionibus in geē, quam p̄sidi D. Wilhelmo Schmuck hinc
Friderico Friederich / Lipsia.

32. Diss. de Actionum Cessione quam p̄sidi Valentino Reimero.
3. C. publicè defendit Conradus Bittberg. Altorf. Nov. Genes.

33. Diss. de Cessione Summum, quam p̄sidi Henrico Grossen. J. V. D.
pro Summo in U. S. Doctoratū gradu sequendo publicè proposuit
Tobias Menig Zültebauers. S. Wittebergae.

Quaestiones speciatim in hoc volumine
tractatae.

B.

Bankruptores s. mercatores fallitiam torturam subijci possint,
et pecunias sibi creditas itemq; chirographa et rationes, quas
salvas adhuc penes se tene negant, creditoribus suis indicent.
diss. 28. coroll. 4.

Haereticis an fides semel data sacra et inviolabiliter
servanda sit. diss. 1. posit. 8.

C.

Imperator Romanus an sit vasallus Pontificis Romani. diss. 1.
posit. 2.

Imperator an dici possit, q̄ a Pontifice ō est coronatus, an n. res
hincmodò Romanus sit. diss. 2. posit. 3.

Imperator si fiat haereticus, vel saltem cum illis colludat, an p[ro]p[ri]a
privato iur[is]d[ic]t[i]o, et a Papa d[er]ogari possit. disp. 1. pos. 5.

Invocamentum purgationis, in q[ui]bus regim[us] causa sanguinis p[er]nam infe-
rende p[er] sententiam g[er]it[ur] ab an[te] magistratu inferiori re-

mitti possit. disp. 29. Coroll.

Jus Romanum an recedat a divisione. disp. 32. parergo 3.

Magistratus politici an potestatem habeat subditos armis vis,
lenitissimis ad religionem cogendi. disp. 1. pos. 6.

Magistratus subditos ad falsam religionem cogent[ur] an
resistere volum[us]. disp. 1. pos. 7.

Magistratus iniqua p[er]cipienti an obediendum. disp. 1. p. 11.

Orthodoxi cum d[er]ogant religionis hominib[us] in ma[gi]s rep[re]sentant[ur] et gen-
tes, an contra communem usum publicum exercitum pro
religionis d[er]ogandi causa, optime iure iuratum militare
queant. disp. 1. pos. 13. Q.

Inhibitis ~~Principibus~~ g[er]it[ur] an ad pacificandam religionem
validitas sit necessaria. disp. 1. pos. 2.

Pacificatio Augustana et pace religionis an p[er] Tridentinum
Concilium sit sublata. disp. 1. pos. 4.

Principes.

Discursus Academicus.
POSITIONIBUS
QVIBUSDAM DUBIIS
JURIDICO-POLITICIS
CONSTANS.

Quem

A. D. O. M.

*Consensu Magnifici atq; Amplissimi Senatus Juridici,
Inclytæ Leucoridis.*

Sub Præsidiū umbone

Clarissimi, Excellentissimi & Consultissimi
V I R I,

DN. HENNINGI Grossen J. U. D.
& Profes. P. Curia, Elect. & Facult. Jurid. VVitteb.
nec non Judic. infer. Lusat. Adfessoris dignissimi.
Præcept: ac Promot: sui omni officio & cul-
tu perpetim prosequendi.

Publicæ ventilationi committit.

JACOBUS CLEMENS
Uratif-Sil.

*Ad diem 5. Decembr. in Atrio Jctorum
horis antemeridianis.*

WITTEBERGÆ,
Ex Officinâ Typogr. GEORGII MÜLLERI,
ANNO MDCCCXXX.

U. g. 17, 6



17. 10. 18

13





Quod felix faustumque esse

velit S. S. in Monade Trias,

Περαιλίον.



Um viderem hisce diebus in scriptis Historicorum, non nullos esse, qui falsas foverent hypotheses, quibus injuriam inferunt, tam Sacro Imperio Romano, quam Sacratissimo Imperatori, imò qui sedulò allaborarent, qua ratione firmissimum tranquillitatis publicæ monumentum removerent, & nostro seculo damnosissima belli & turbarum incendia inter Lutheranae sive Augustanae Confessionis Professores & Pontificiae Religionis sectatores excitarent, & quibus defendendi alios cura esse debebat maxima, illorum sanguine, diffundendo ensis exercetur, & qui præsidium afferre, periculum denunciare deberent, & cum quibus pax esse debebat, pactio magis sit imminentis servitutis. Fuit hæctenus Pacificatio totius Germaniæ Palladium, & per eam pluribus annis sacrosancta Imperii nostri Majestas venustissimè floruit. At verò hodiè quis tam adamantinus, tamq; à patria adfectu alienus, qui deformem & dilaceratam miserrimè ejus faciem lacrumis largissimis non deploret? Unde verò illa deformitas, an à religione, an potius à rebellionibus

A 2

pleriq;



pleriq; nostrum in tam apertâ lucè instar nycticoracum ad meridianos soles cæcutientium proh dolor! nondum conspiciunt. Propterea hoc cum viderem, quod non saltem summa illa imperii nostri Romani Majestas, quam omnes ferè, quotquot sunt in toto hoc mundi ambitu, Magnates, meritò venerantur & suspiciunt, mirificè lædatur, verum etiam Imperium Romanum multis modis dissipetur, ansam mihi arripui, ut hac vice publicæ & placidæ συζητησας falsas non nullorum Pseudo-Politicorum hypotheses adduce-rem, quibus injuriâ afficiunt S. R. M. illasq; pro virili refutarem, & quæ causæ fuerint, per quas omnia ferè totius Europæ regna variis seditionibus agitata fuerint, & adhuc agitentur, breviter explicarem. Proinde absq; longiori præfatione, auxilio Numinis Divini implorato rem ipsam aggrediar. Sit itaq;

POSITIO I.

Utrum Invictissimus Imperator Romanus, sui Vasallus Pontificis Romani?

Pontificii Politici hanc ipsam sententiam ceu veriore pronunciant. 1. Enim dicunt de Pontifice benè dici posse, quod omnia possit ut DEUS, excepto peccato, c. charitas, dist. 2. nec habere superiorem sed omnes sibi subjectos, Imperatorem quoq; subditum & Vasallum esse, eiq; fidelitatem & obsequium debere, *juxta. cap. tibi Domino. dist. 63. & Clem. 1. de jurejur. an non meritò regna conferre & transferre potest juxta dictum quodcumq; ligaveris, c. Apost. d. sentent. & re judic. in 6.* Hinc illa Papæ Innocentii II. nata confidentia, est, ut Romæ in Lateranensi Basilica Lotharium Imperatorem pingeret, quasi Vasallum ad pedes ipsius prostratum, & coronam Imperii ab illo accipientem. Et lippis imò tonso-
ribus

ribus (quod dicitur) notum est, quam impiè Hadrianus IV. impiis pedibus FRIDERICUM Barbarossam unctum Domini calcarit, referens illud Psalmistæ, super aspidem & Basiliscum ambulabis. Insuper & Carolum V. Imperatorem esse osculatum pedes Clementis VII. in conspectu Regis Franciæ, Navarri, Ducis, Sabaudia, & aliorum Principum, qui omnes pedes sanctissimi hujus Patris osculati sunt, imò (ut refert *Math. Steph. de jurid. p. 1. c. 18. n. 20.*) post coronationem Papalem exeundo ab Ecclesia, stapham equi Papalis, (quod tamen officium stratorum potius quam Imperatoris esse debebat) tenebat, atq; deinde per frenum aliquantulum itineris equum ducebat.

2. *Afferunt* confirmationem Pontificis esse necessariam, dum post coronationem Pontificis Imperator tandem esse incipiat, & quod per electionem regulariter non conferatur administrandi potestas antè confirmationem, exemplo regum Israeliticorum Saulis & Davidis, qui antè sacram unctio- nem regni administrationem non suscepisse leguntur.

1. *Reg. 9.*

Ubi itidem Pontificii Politici Episcopo Romano tantam attribuunt autoritatem, ut Imperator si legitimè vocari velit ad Imperium Romanum, ceu Vasallus ipsius confirmatione indigeat. Derhalben hat Pabst Johannes XXII. den Kaysar Ludewig von Beyern für einen Rebellen/einen Ketzer/ei- Majestet vnd Decret verleser sehr schrecklich verbannet/dieweil er seines Vorfahren Evangelische vnd mässige Ordnung nicht hette gehalten/ sondern gleich nach der Churfürsten Wahl sich ungeacht des Pabsts bestetigung/ für einen Kaysar erwiesen. Et expressè scribere talia non erubescunt, electum saltem Regem Romanorum post coronationem verò & approbationem Pontificis Imperatorem esse autumant, remis velisque contendunt; Nonne is Reges facere, & Regibus imperare potest, ut Paulus IV. Albano respondebat Anno 1556. Thuanus histor. lib. 17. Sic Leo Caroli filium Pipinum Regem Italiae fecit.

A 3

Unde

Unde testantur Historici Henricum IV. Imperatorem, cum Gregorius VII. anathematis fulmine feriisset, subditos sacramento solvere & Imperatorem de Regio solio deturbare conatus esset, hanc vocem ad Clericorum sodalitiū protulisse: Agite Apostolorum Principes & vestrā auctoritate, quod dixi confirmate ut omnes nunc demum intelligant: Nos imperia, Regna, Principatus & quicquid mortales habere possunt, auferre & dare posse. *D. Arumens in discursu Academico Juris pub. pag. 654 & 655.*

3. Pontificii Politici eorum assertionem conare probantur, quod & ipsi Impp. imperium quasi ab Ecclesia dependens, homagii jure recognoverint, unde acerrimè provocant ad donationem à Constantino Imperatore, factam sed quid huic objectioni responsuri simus, statim declarabitur.

4. *Asserunt Imperium Romanum auctoritate Papæ ad Germanos translatum fuisse.* Sic enim Jesuita quidam ait: Uno omnium consensu Carolo Regi imperatorias laudes acclamarunt, eumq; per manum Leonis Papæ coronarunt: Quis hoc axioma imperii tribuit Carolo? Romani? cujus imperio usi? Papæ. videatur *Dresserus in Millenar. 5. in vita Caroli Magni pag. 299.*

5. *Denique adducunt exemplum quorundam Impp. quos juramentum Papæ præstitisse fidelitatis & subjectionis dicunt.* Sic enim Carolus Magnus Imperator Leoni Pontifici ejusmodi juramentum præstitisse, clamant, quod tale est. Ego Carolus Imperator &c. in nomine Christi spondeo & profiteor coram Deo & beato Apostolo Petro, me protectorem aut defensorem fore hujus sanctæ Ecclesiæ in omnibus utilitatibus, quatenus divino fultus fuero adjutorio. Hæc sunt argumenta egregia quibus ejusmodi Politici probare conantur, Imperatorem Romanum esse Vasallum seu subditum Pontificis Romani, sed his quid simus responsuri, breviter delibabimus.

Ad 1. Objectionem taliter respondemus. Speciem, magis habent irridendam quam arridendam, potiusque explosum,

plolum, quam applausum apud omnes, nisi qui fungum pro
cerebro, & peponem pro corde gerunt, mereri. Oppo-
nimus verò huic datæ primæ assertioni dictum Paulinum,
quod optimè huc quadrare potest, 2. *Theff.* 2. & l. 1. in pr. C.
d. *officio præfecti*. Ubi Imperator se servum & ministrum Dei,
non verò Papæ appellat, & in primis notabilis est textus, l. 2.
in pr. C. eodem, ubi statuitur, quod Impp. solam coronam Im-
perii & jura ejusdem à solo DEO acceperint, imò veritati
non curare, quod olim à Friderico I. Imperatore 1157. & Lu-
dovici Bavaræ generali constitutione dictum, mendacii imò
læsæ majestatis reos esse, qui imperium Pontificis autoritate
acquisitum asseverant. Et notum est illud vulgatum in
Diplomatibus Impp: *Wir von Gottes gnaden/ non verò, von
des allerheiligsten Vaters des Pabst gnaden erwählter Römischer
Kaysers.*

Exempla adducta de Lothario, Friderico I. & Carolo
V. Imperatore, qui sese Papæ submiserunt, huc nihil quic-
quam faciunt, quia factum citra statuum approbationem, juri-
bus regni & in his successoribus præjudicium facere non pos-
sunt, quia quod omnes tangit, ab omnibus approbandum,
l. *fin.* C. d. *autor*, præstand. Et hoc loco non exemplis sed LL.
judicandum, l. *nemo* 13. C. d. *sentent.* & *inter. omn. judic.* Sum-
ma injuria itaq; afficiunt hi Majestatem Imperatoriam, qui
asserunt, hanc Papæ subjectam esse, cum Majestas superiorem
præter DEUM agnoscat neminem, nec obedientiam præstet
& servitia, nec investituram petat. Nec quicquam roboris
habet istud Bellarmini, *lib. de summo Pontif. cap. 7.* Reges suc-
cedunt aut lege hæreditatis, aut jure belli. E. suam potesta-
tem non habent à Deo immediate. R. Disting. inter pote-
statem ipsam à DEO Principibus concessam, quæ immedia-
ta; & inter modos eam potestatem acquirendi, qui mediati
atq; humani, *Cluten. in syllog. rer. quotid. thesi 4.*

Ad 2. *Objectionem* respondetur quod hodiè nihil præ-
stet unctio & diadema Imperiali potestati, sed insignia
illa quasi ad Majestatem sacram, quæ Imperio inest, osten-
dendam

dendam materiali visibili subjecti Imperii usu ceremoniis impenduntur. Et rectè Münster in sua Cosmographia libro 5. von Deutschland cap. 24. pag. 476. ait: Das ein Kaysler/ so von grössern oder bessern theil der Churfürsten erwöhlet wird/ sol mit krafft der Wahl gewalt haben zu registern/ vnd muß nicht den Papsst fragen (wie vorhin geschehen) ob es ihm gefelt oder nicht/ denn das ist nicht kómen aus Góttlichem Rechte/ oder aus alter Ordnung der Väter/ sondern die Papsste haben sich selbst dahin gedrungen/ vnd seynd auch zum theil dahin gefúret worden/ durch ecklicher Schmeichler Liebkosen. Locus verò 1. Reg. 9. huc nihil facere potest, cum ibi speciale fuerit mandatum, probet itaq; Pontifex Rom. quod ipsi hoc speciale mandatum desuper datum sit. Quod si autem (posito sed non concessio) Papali coronationi ortum Imperatoris attribuere libeat, in classem Impp. non referendus erit. Cunradus I. Ludovicus III. Ferdinandus I. Maximilianus II. Rudolphus II. Matthias I. nec Ferdinandus II. feliciter jam regnans, qui à Pontifice Romano non sunt confirmati, omnes tamen & singuli Impp. fuerunt, & à toto mundo pro talibus culti, etiamnum habentur. Nequè exempla allata, bonam faciunt illationem, N. V. C. multi Impp. Romæ fuerunt coronati, imò multi Reges confirmati. Ergò hoc omnes facere debent, illi enim Pontificibus hunc habuerunt honorem non tanquam Dominis Imperii, sed velut ministris Ecclesiæ; Nec spectandum quid Romæ fiat, sed quid fieri debeat l. 12. ff. de officio presid.

Ad 3. Objectionem responderi potest hoc modo. 1. Quod ista donatio nondum sit probata, & quod si probatur, autores mutuo sibi repugnantes adducuntur, unde nobis suspecta, redditur eorum illatio, & diversæ scripturæ ab una eademq; parte prolatae, nihil firmitatis habere possunt. l. 14. C. de fidei in princ. 2. Respondetur per inficiationem, quod jura regni alienando non acquirantur, & res alienari prohibitæ donari non possunt.

Ad 4. Objectionem optimè respondet Dresserus citato loco.

Ad

Ad 5. Objectionem, responderi potest tali modo distinguendo. Inter Juramentum protectionis & fidelitatis seu subjectionis, Prius juramentum Imperatorem Carolum Magnum Leoni Pontifici præstitisse in propatulo est, ex ipso juramento, juramentum verò subjectionis ipsum præstitisse planè negamus. Quod quidem Clemens V. Papa (Dominus nimis Clemens) *gloss. Johann. de Immola, & Canon. comm. in clem. 1. de jurejur.* & alii volunt esse juramentum fidelitatis, & inde majoritatem Ecclesiæ Romanæ adstruere in temporalibus etiam: & imperium hoc modò quasi ab Ecclesiæ dependere, & Imp. non nullos hoc ipsum homagii jure cognovisse: At falluntur & tantum obsequii & fidei defensionis juramentum esse, uti decretum per Ludovicum IV. Francofurtiæ & ex capitulatione patet. *Schleid. 1. comment. p. 28. §. dictum est antea in pr. jur. l. p. 29 in fine.*

Unde firmiter concludimus Imperatoriæ Majestati tam atrocissimam fieri injuriam, qui aliàs Monarcha, Vicarius Dei in terris, *l. 2. §. Sed quia. 18. C. de vet. jur. enucl. Mundi Dominus Nov. 105. cap. 2. in fine.* imò divinæ Majestatis imago dicitur, quin & corporalis mundi Dominus, & DEVS eminens super omnes tanquam stella matutina in medio nebulæ meridionalis, ut subjectus esse debeat Pontifici Romano: Qui post DEVM; immortalem nullius Imperium recognoscit, sed liberrima cum potestate Majestatis Regia jura sibi meritò vindicat, Hinc Imperatori Romano pomum Imperiale vulgò der Reichs Äpfel / orbis figuram repræsentans à Palatino Rheni in coronatione Francofurti ad Mœnum his verbis offerri legimus; Accipe globum Sphæricum ut omnes terræ nationes Romano Imperio subjicias & Augustus gloriosus appellari valeas. Is qui mundi Dominus Papæ subjectissimus quomodo fieri potest, neminem hoc sine mendacio, & crimine læsæ majestatis statuere posse puto. Et concludimus hic cum laudatissimo Imperatore FRIDERICO I. hoc nostrum Problema, qui contra Pontificem Rom. cum sese arrogantissimè & præjudiciosissimè jactitasset. Un-

B

de

deergo habet **Cæsar Imperium**, si non à Papâ? Solemniter de hac affectatione protestatur, & his inter alia verbis illam castigans. Quicumq; nos Imperialem coronam pro beneficio à Domino Papâ suscepisse dixerit, **Divinæ institutioni contrarius, & mendacii reus** erit.

POSITIO II.

Utrum Pontificis Romani consensus ad validitatem Pacificationis religionis sit necessarius?

Quod hæc sit Jesuitarum opinio apud cordatiores omnino dubio caret; & patet etiam ex gravaminibus protestantium in Comitibus Ratisb. Anno cl. lxxiv. Cæsareæ Majestati exhibitis, his verbis: **Es wird offensich (nemlich von den Jesuiten und Friedhässigen/ ausgehen/ das weiland König Ferdinands den/ hochlöblichster gedächtnis/ ohne Bapstlichen Consens nicht gebühret habe/ einen Religion Frieden zwischen den Ständen im Reich zu treffen. Jedoch sey derselbe nurein Interim, und ferner nicht bisz auff das vollende Tridentinische Concilium kräftig.** Unde hanc eorum assertionem, ita munire conantur, quod ad Imperatorem Pacificatio Religionis absque consensu Pontificis Romani non pertineat. 1. Quæcunque concernunt cultum divinum non ad Laicos sed ad Ecclesiasticas personas pertinet. Sed negotium illud pacificatorium concernit cultum divinum. E. non ad Laicos sed ad Ecclesiasticas personas pertinet. Proferuntque exemplum 2. Paralip. 26, 16. Ubi Ozias Rex lepra fuerit percussus, quod contradicente clero, templum Domini ingressus fuerit. 2. *Vasallus* de Feudo in præjudicium Domini nihil omnino disponere potest. 2. *Feud.* 52. Sed Imperator est Vasallus Pontificis Romani. E. de feudo in præjudicium Domini nihil omnino disponere potest. *Sleid. lib. 1. pag. 82.* 3. Separata non possunt esse in uno subjecto simul & semel. Imperium Romanum & Sacerdotium sunt separata. *Nov. 6. in pr.* Ab hoc officio ut videmus Pontificis

fex Romanus alienus non est, nec esse cupit, somnians plenam
potentiam velut ex altissima pharu dependere; imò una ma-
nu baculum Aaronis, altera gladium Nimrodi regere cu-
piens, & meminisse debebat ipsi ministerium esse impositum,
non dominium datum.

*Ecclesiam regat, ille suam divinaq; jura
Temperet; Imperium nobis fascesq; relinquat.*

Generosè olim respondit Fridericus Ænobarbus Lega-
to Pontificis, cumquè in Germaniam nisi vocatum, venire
vetuit. Quod laudabile tuendæ Majestatis exemplum si
nostris temporibus in usum revocaretur minus forsan tur-
barum in Imperio Romano esset, ac pristina armorum con-
junctio, simultatibus sublatis, inter Procures utriusquè Re-
ligionis coalesceret: quod vix sperandum, quamdiu hujus-
modi juratis Romanæ sedis mancipiis ad Imp, sacra libe-
rum aditum habere, ac pomum Eridis in eo spargere per-
mittitur. Quis ergo in tam manifestissima luce non videt,
quod Pontifex Romanus, ut in aliis, ita etiam in hoc casu
ex Imperatore mancipium facere velit, annon Imperatori
hoc in casu summa fit injuria.

Ad argumenta autem allata breviter sic responderi po-
test.

Ad 1. dupliciter respondetur:

Dist. 1. inter potestatem Ecclesiæ internam, quæ in soli-
dum ministris adscribitur, & inter potestatem externam quæ
Magistratui Christiano communis, posteriori modo etiam
nostra assertio de Imperatore circa Pacificationem religio-
nis locum habere potest.

2. Dist. inter eorum quæ ad divinum cultum pertinent
administrationem, ubi personæ Ecclesiasticæ collocandæ, &
inter externam eorundem conservationem, ubi meritò ad
hanc classem S. Imperator collocatur.

B &

Exem.

Exemplum adductum de Rege Ozia, ibi magna est disparitas, neq; Exemplum huc quicquam facit, ipse enim cultum divinum administrare volebat, id quod tantum ministris competebat, in Pacificatione autem religionis ibi Imp. non administrat cultum divinum, sed saltem conservat, unde non debet, nec potest Imperator ab omni religionis cura excludi. Nam cuicunque cura & tutela Ecclesiae est commissa, is avertere debet ea, quae Ecclesiam possunt ac solent evertere. Sed Magistratui cura & tutela Ecclesiae est commissa, l. 1. in pr. C. de officio praetor. E. Id quod & exempla. 2. Paralip. 29, 8. 2. Paral. 37, 33. satis abunde demonstrant.

Quid ad Objectionem secundam sit respondendum, facile patet ex praecedente problemate.

Ad 3. Objectionem, responderi potest negando minorem, non enim sunt separata, sed saltem distincta, distincta vetò in uno subjecto simul & semel esse possunt.

Concludimus itaque firmiter quod circa religionem & cultum divinum Imperator absque consensu Pontificis Romani curam optimo jure habere possit, imò quod & ipsi competat jurisdictio Ecclesiastica, ubi potestatem quandam habet seu jus statuendi de religione & cultu divino. Unde dero wegen hat der Kaysers keinen obern auff der Welt / ist der nechste nach Gott / hat seine Gewalt ohn alle Mittel von Gott / hat keinen gleichen noch obern auff Erden / etc. Ist der aller hoheste / etc. Der Papsst hat mit solchen sachen nichts zu schaffen. Anno 1338. zu Nenz in verbis. Der Kaysers hat keinen Obern.

POSITIO III.

Utrum Rex Romanus sit Imperator dicendus si coronatio Papae non accesserit?

Illi qui ad Pontificem summam rerum deferunt, eique omnia tam divina quam humana subjiciunt, electum tantummodo Regem Romanorum, post coronationem verò & confirmationem Papae tandem fieri Imperatorem rem is velisq;

lisquē contendunt. Nequē titulum hunc Imperatori compe-
tere, nisi prius sacro oleo sit unctus in Coronatione à Pontifi-
ce, imò nec Reges dici posse Reges, nisi qui de Ecclesia solli-
citi fuerint, vel ut alii volunt, qui sacro oleo sint uncti in co-
ronatione. *Sic enim Bebelius in thes. Polit. lib. 2. disc. 12.* Die Cere-
monien der Königlichē Salbungen/ (welche zur zeit der Kinder
Israël von Gott eingesetzt worden/ vnd welcher gebrauch ein
Zeichen einer sonderlichen Prærogation ist/) hat in Franckreich
vor 1000. Jahren einen anfang genommen/ wird auch heutiges
Tages eine heilige Ampel in der Stadt Remis gezeuget/ mit wels-
them Oel die Könige in Franckreich gesalbet worden.

Verum hisce omnibus non obstantibus postquam ele-
ctus, statim vi electionis Imperator dicitur, nec potestatem
accipit administrandi ex coronatione, sed potius ex Princi-
pum electione, unde personæ Imperatorem eligentes & con-
stituentes sunt Serenissimi Imperii Electores non Pontifex,
vel alius quispiam. *A. B. tit. 1. 2.* Quin & electus in Imperato-
rem ipso jure electionis potestatem administrationis acqui-
rit, imò Imp. antè coronationem Privilegia condere posse,
constat. Ritus verò coronationis ac ceremonia, honoris ma-
gis quàm necessitatis causa olim ab Imp. usurpata, præter id
quod EE. decreto quæsitum est, nihilquē novi adferat, ab
Imp. compluribus, utpotè Rudolpho I. Alberto & Maximil.
I. Maximil. & Rudolpho II, tanquā solennitas supervacanea
neglecta, nihilominus Imperium partim regio, à posteriori-
bus verò augustissimo Imper. titulo feliciter administratum
fuit. Voluerunt quidem Papicolæ antè coronationem Pa-
pæ, nec electum posse dici Imp. nec regnum legitimè admi-
nistrare. At contra quod ex sola electione Imperator ple-
num jus imperiale citra cujusquē confirmationem habeat,
nominatim constituit Ludovicus Imperator, & sanciverunt
Anno 1338. Electores & status Imperii, ita ut qui aliter do-
ceat anathema sit. Subjungimus itaque hîc. Quod ovis non
habet, alteri communicare non potest, *l. nemo. ff. de R. J.* Sed
Pontifices jus eligendi & confirmandi Imp. nunquam habue-
runt.

runt. Sed hoc semper penes exercitum, vel populum, vel Principes fuit. E. Qui ergo statuunt Regem Rom: Imper: non esse dicendum, nisi prius coronetur à Pontifice, illi nihil aliud defendunt, quam id, nimirum quod Cæsarea Majestas sit. Serr. per se iners & inutile instrumentum, nisi trahatur à Papa, & quanta injuria hoc modo afficiatur Imp. Maj. quis est qui non videat?

POSITIO IV.

An Pacificatio Augustana de pace Religionis per Tridentinum Concilium sit sublat a?

Negativa sententia nobis maximè arridet quæ verior est, nam institutio Tridentini Concilii est contra ipsam transactionem Passaviensem, quæ habet, daß mögliche beförderung sol erzeiget werden / damit in Religionssachen kein theil sich des vberstimmens vor dem andern zu befahren / auch partheiligkeit verhütet werde / ubi manifestè apparet, Transactionem Passaviensem non esse suspensam usq; ad Concilium Tridentinum, sed quod in æternum valitura sit illa, nec ullo modo citra Imperatoris & statuum consensum tolli possit; Ideoque eandem (ut Pontificii falsò asserunt) per Tridentinum Concilium sublatam esse, non credimus *Brautlacht in Epitome Jurisp. publ. universæ p. 131.* Et cum Magistratui utriusq; tabulæ defensio sit commissa, ut pacatè & tranquillè sub ejus tutela vivere possimus. 1. Tim. 2. v. 2. ipsiusq; sit non tam Ecclesiæ quàm politiæ salutem & tranquillitatem tueri. *Recess. Imper. 1566. Wormat. §. Wir wollen auch. Schleid. lib. 1. circa fin. Rectè & optimè fecerunt Impp. invictissimi qui ad utrumq; tuendum statum certas & peculiare constitutiones ab anno 1356. assidentibus Principibus Electoribus Ecclesiasticis & secularibus & aliorum Dominorum multitudine numerosa, in folio maj. Casa. imperialibus infulis plenitudine ediderunt. A. B. in fin. imprimis verò constitutionem Religiosam, per quam cum salus & Majestas Imperii servetur, ac variis periculis*

culis & dissensionib. in Imperio Romano aditus præcludatur, facta & instituta est hæc constitutio Religiosa in comitiis Augustanis 1555. libero statuum suffragio, quo in anno 55. (cum jam in diversis Comitiis per multos annos inter status de pace ineunda religiosa esset actum, at ob sanguinolenta & truculenta Catholicorum consilia omnia gladio & igne componenda esse clamantium successu nullo) Ferdinandus J. Caroli Imp. vices cum mandato plenissimo tenens, cum statibus pacificationem hanc religiosam in æternum valituram plenè iussit. *Recess. Imp: 1555 Sleid. lib. 16. comm.* Videant nunc Pontificii utrum Pax religionis per Concilium Tridentinum sit sublata, sed nihil aliud agunt Pontificii, quam ut pacatam remp: vicissim turbent, & bella, vastationes regnorum unicè desiderant, hinc per varios cuniculos olim nitebatur Papa, ut pacem hanc religionis ab Imp: decretam protestantibus iterum extorqueret. Carolum V, quem moribundum dixisse audierat, videri sibi veram esse Lutheranorum de Justificatione sententiam, noluit propterea exequias celebrare. Eandem ob causam contrà Carolum & ipsius filium Philippum nonnullos ex Principibus Imperii, etiam protestantibus inflammavit, ut ex tota illos Germania fugarent, & quo voto illi suo eò alacrius subscriberent, pollicitus est, se concessurum liberam illorum religionem. Imò Cæsarem Ferdinandum, qui pacem illam promovebat, pro legitimo Cæsare habere Papa noluit. *D. Arumæus in jure suo publ. vol. 1. p. 228.* Et quis non videt sanguinolenta Pontificiorum consilia, qui non saltem contra Sacram Cæsaream Majestatem mirum in modum sæviunt, verum etiam illam mirificè summa injuria laceffere student.

POSITIO V.

An Imperator si fiat hæreticus, aut saltem cum illis colludat, à privato interfici, & à Papa deponi possit?

Ponti-

Pontificii expressè hoc approbant, inprimis Mariana
Jesuita, qui excusat, imò magnis verborum ampullis extol-
lit factum illud Monachi ordinis Dominicani qui Regem
Galliæ Henricum III. è medio sustulit, ubi inter alia, *lib. 1. de*
Reg. Instit. cap. 7. ita scribit feliciter veneno talem Regem in-
terimi posse, hac tamen conditione addita, si commodè id
linteis, armis ephippiis, & sellis addi possit. Imò *M. Geor-*
gius Maler in Meditationibus suis histor. pag. 302. Vernacula lin-
gua scriptis, factum inauditum de Monacho quodam refert,
cujus verba cum scitu & notatu digna sint, huc adscribere li-
bet. Hat ein Prediger Mönch mit Gelde bestellt / Henrico VII.
zu Benevent / nicht weit von Senß / etne Hostiam mit Adamant
Pulver gemacht / vnd etnen vergifften Wein in Kelch geben / der
Mönch entsteff / vnd hat zu Senß das vorheissene Mordgeldt
empfangen. Contremiscat æther super factum ejusmodi hor-
rendum, ô sævitiam crudelem, & crudelitatem sævam, imò
tauro Phalaridis & Busiridis ara dignissimam! Ita ne crimi-
na læsæ Majestatis defenduntur? Et certè Imperator nihil
definire poterit, nisi consentiente Papa, hinc in propa-
tulo est Pontifices, ob parvum quoddam delictum, vel
etiam nullum Impp. à folio deturbasse. Nec nos fugit
quantoperè olim in Impp. Reges & Principes Pontifex Ro-
manus syllaturiverit, & excommunicationis fulmine levi sæ-
pè ex causa percussit. Ex Impp. octo, ex Regibus Gallo-
rum quatuor: ex Regibus Angliæ duos excommunicationis
fulmine esse tactos. Sic Georgium Bohemiæ Re-
gem Pontifex nudavit omni Ducatu, Marchio-
nali & Regio honore, subditosve à fide ipsi data
liberavit, quod Hussiticæ Religionis favere vi-
deretur. *D. Arumens in jur. per 1. vol. 1. pag. 179. §. 55.* quæ
omnia de facto tum temporis obtinuit. Sed heroico spiritu
excommunicationis brutum fulmen à multis generosis Prin-
cipibus in primis à Regibus Franciæ optimè olim spretum
fuit. Ad nutum Papæ ac sub pœna dejectionis de augustissi-

mo solio bella gerenda sunt. Ad nutum Pontificis Bonif. IX. Albertus I. expellere regno debuit Philippum Pulcrum. Ad nutum Papæ Gregorii VII. Rudolphus Sueviæ & Burgundiæ Dux Henricum IV. Imp. ejicere debuit imperio. Quæ lanienæ: quæ mala inde orta? Nos itaque tam per veram eorum assertionem approbare non possumus, cum & multi Principes gravissimè illius fæditatem & tragicos effectus detestati sint. Sic Fridericus II. Dei testimoniū invocat, Principes implorat, & omnes homines aures arrigere jubet, Pontifices DEUM postponere, religionem suffocare, manibus pedibusq; noctesq; diesq; id conari, ut non tām se quam sacro sancto Romano Imperio, tanquam capite oppresso, faciliè cæteris membris omnibus servitutem imponant.

POSITIO VI.

Utrum Magistratus Politicus potestatem habeat subditos ad religionem armis violentissimis cogendi?

Affirmant hoc Pontificii Politici, qui expressè statuunt, quod non saltem cogi possint, verum etiam si hoc in casu magistratui resistunt, quod optimo jure possunt interfici. Et nonne hodiè vicatim compitatumq; vox hæc non homine sed beluis digna exauditur, Christianos seu Lutheranos velut *καταδίκαια & ἐπισηματά* mundi, imò calamitatum, bellorum, terræ motuum, inundationum, dissidiorum, scandalorumq; autores, ad restim, ad furcam & gladium, ad ignem esse adigendos. Nec desunt etiam repetentes Cardinalis Farnesii ad bellum Schmalcaldicum profecturi vocem Tyrannicam, se tantum per Alemanniam stragem daturum, ut in hæreticorum cruore vel ipsius equus natare possit. Quis enim ignorat (ut testis est Platina in vita Gregorii XIII.) quod Pontifici dixerit legatus Regis Galliarum post mortem Ammiralis 70000. hæreticos intra annos quatuordecim in gratiam Pontificis Romani trucidatos fuisse. Hæc praxis hæctenus fuit, & adhuc est Pontificiorum Politicorum, qui ad mortem in

tem in quenquam errantem licet hæreticum favierunt.
Dubitas? Moravos, Bohemos, & nostros jam Silesios in
hoc casu rogata, turtureos audies gemitus.

Sed practicæ huic cruentæ adplaudere non possumus,
novimus enim quod suadenda sit fides non imponenda,
defendenda religio non occidendo sed monendo, non sæ-
vitia sed patientia, non scelere sed fide. Quo spectat
apophthegma Stephani Batoræi regis Poloniæ dicentis.
Deum tria sibi reservasse. Creare, aliquid ex nihilo, nosse
futura, & dominari conscientiis. Reges enim Reges & Do-
mini sunt populorum, non animarum. *Waremund. ab Erems-
berg de feder. cap. 2. n. 14.* & maximum donum est immaculæ
tæ fidei confessionem habere. *Novel. 132.* Cum igitur re-
ligio cogi non possit, & quando cogitur, conscientiisq; paca-
tis sua libertas non relinquatur, tandem odia, diffidentia,
suspitiones, rebelliones, bella civilia, & tandem Numinis
divini contemptus excitatur, qui nam Reip. non esse pote-
rit exitio? Quæ causa sit, cur hætenus ferè totius Europæ
regna variis seditionibus agitata fuerint? nulla certè alia da-
ri poterit, quam quod Magistratus conscientiis dominari
voluerit, & si pax & tranquillitas in Imperio Romano ad-
huc vigere debeat, tunc unicuique liberum. Exercitium
Religionis concedendum esse putamus. Unde rectè dixit
*D. Job. Agricola Islebiensis in seinen Sprichwörtern an Herzog
Friedrich zu Sachsen/* se omninò in hac esse sententia, si pax
vigere in Germania debeat, so müste man einen jeglichen glau-
ben lassen was er wolle.

POSITIO VII.

*An Magistratui sit resistendum armis, subditos ad
falsam religionem cogentes?*

Distin-

Distinguiamus in hoc casu: 1. Inter subditos qui jus gladii habent, ubi affirmatur quod Magistratui sit resistendum, sic justum ducebatur bellum Germanicum contra Carolum V. Imper. ab ordinibus Germaniæ protestantibus gestum. 2. Inter subditos qui jure istius gladii destituuntur, ubi negamus, Magistratui non esse resistendum. Sic injustum erat bellum motum pro Religione à seditiosis rusticis, 2. Dist. Inter Magistratum qui recognoscit superiorem, & tunc subditi remediis ordinariis, cum ipso agere. Ipsumquæ convenire possunt coram superioribus, ut sunt Imperator, Camera Imperialis, & cæteri status Imperii, qui Dyonyfios expellere, Nerones plectere, Wenceslaos Augustalibus infulis exuere possunt.

Aut non recognoscit superiorem, & tunc non licet arma sumere contra ejusmodi Magistratum. Schönborn. lib. 2. Polit. cap. 40. Et cum hæc causa non ultima sit, quæ Monarchiam mutare & maximè corrumpere soleat, non approbanda erit. Jesuitarum opinio, qui in quosvis Principes Tyrannidi, subiectos, fraude, ferro, veneno etiam privatis ac subditis gratari licere, impiè & nefariè dicunt & docent.

POSITIO IIX.

An hæreticis fides semel data, sanctè & inviolabiliter sit servanda?

Pontificii Politici hoc negant, non dicam quomodo Hussio fides data, servata fuerit, quamvis ipse ad Concilium Constantiense vocato, salvum aditum & abitum, quem ipse Jesuita Rosvveydus ad verbum annotavit, Imperator concesserat. At cum grave sit fidem fallere, l. 1. ff. de const. pec. l. 1. ff. de pact. neminiquæ liceat contra pacta sua venire, l. penult. C. de pact. Et cum nihil sit quod magis præfulgeat, quam recta fides in Principe. Unde vulgatum illud Baldi vol. 3. Consil. 237. n. 3. Vox Principis oraculi instar esse debet, unam linguam & unum calamum habens, rectè faciunt illi qui fidem semel datam, sanctè & inviolabiliter servant. Cujus rei non immemor Germaniæ illud constantiæ decus & exemplar Carol. V.

qui interrogantibus Principibus nonnullis Germaniæ; cur datam Luthero, ut hosti Papæ, Papatusq; infensissimo, (contra Concilii Constantiensis decreta, hæretico non esse servandam fidem,) servasset fidem, respondisse fertur: fidem rerum promissarum, etsi toto exulet mundo, tamen apud Imp. consistere oportere. Cum igitur fœdi fragi magnum, etiam Imperio Romano damnum importent, non facilè nisi cum Imperii ruina, ejusmodi facta, erunt concedenda. Quin & Deus graviter punire solet hujusmodi fœderis violatores, ut videre est ex Ladislao Ungariæ Rege, rumpentem fœdus Politicum cum Amurathe initum, ex instinctu Romani Pontificis, lib. 5. Chron. Carion.

POSITIO X.

Utrum homines diversæ Religionis in Rep. benè constituta tolerari possint?

Qui Negativæ sententiæ suum calculum adscribunt, hanc adducunt probationem, quod rerum publicarum perturbationes, mutationes & everfiones proveniant, si tolerandi essent diversæ religionis homines, verum dicendum id fieri per accidens, quatenus nimirum Magistratus inveteratam suam opinionem nimis obstinatè vult tueri. Verum hisce & similibus non attentis communis sententia affirmativa & quotidiana observantia atque praxis reclamant, ideoq; & jure & meritò retinenda.

Dist. autem in hoc casu: 1. Distinguendo sunt tempora tranquilla à turbulentis, sedata à seditiosis. Nam malas errorum herbas profeminare semper quidem impium, sed satis animo candido, non fucato tolerare, nec statim tollere, maximè quandoq; pium.

2. Inter homines diversæ religionis recipiendos, & jam antè à majoribus receptos distinguimus hic meritò. Illi pro viribus modestè, maturè & prudenter à Rep. arcendi sunt. Hi quatenus errorem pro se fovent, nec alios seducunt, nequè turbas aut seditiones movent, Christiana longanimitate tolerandi & informandi sunt.

3. Inter

3. Inter statum Politicum liberum & restrictum optimè hic esse distinguendum putamus. Liber est ille quando Magistratus sinceræ religioni addictus, vel se nondum obligavit ad pluras in sua jurisdictione religiones ferendas, vel quando viribus externis absq; ulla seditione & Reip. everfione diversas religiones, & aliter sentientes, coërcere potest. Restrictus est, quando Magistratus vel fidem subditis dedit, de pluribus religionibus tolerandis, vel serpentem hæresin sine sanguinis effusione & præsentissimo Reip. periculo amovere nequit.

Priori modo Magistratus tempore tranquillo diversæ religionis homines nullo modo in sua jurisdictione excipere, antea verò receptos & modestè viventes, modestè tolerare poterit.

Posteriori modo interdum utrumq; & recipere & ferre cogitur, cum melius sit habere eo modo Remp. pacatam, quàm eam funditus delere, quod certè in hoc casu absq; intestinis seditionib. fieri non posset. Sic sapienti consilio ab Impp. in Transactione Passaviensi institutum Anno 1552. & solennitèr confirmatum Anno 54. & 66. fuit cautum ut utraq; Religio Lutherana & Pontificia in R. I. liberè exercetur. Cujus beneficio dulcissima nostra patria pacatior fuit, & halcyonia sua obtinuit, quæ ut porrò obtineat ex animo precamur.

POSITIO XI.

Utrum Magistratui iniqua præcipienti sit obediendum?

Non minus etiam dissipat Remp. quando Magistratus subditis talia mandat, quæ sunt juri naturali contraria. Unde negamus Magistratui in hoc casu esse obediendum, factamq; quæ lædunt pietatem, existimationem, & verecundiam nostram (& ut generalitèr dixerim) quæ contra bonos mores sunt, nec nos facere posse credendum est. l. 15. ff. d. *condit. inst.* Et exemplum egregium habetur in sacris 1. Sam. 22. 17. Sic Julianus Imperator, quamvis esset apostata, habuit tamen sub se Christianos milites, quibus cum dicebat:

Producite arma pro defensione Reip. obediebant ei. Cum autem dicebat; producite arma in Christianos, tunc recognoscebant Imperatorem cæli. At quomodo illi erunt excusandi, qui Magistratui hodiè obediunt, cum arma contra Christianos sumunt. Si itaq; infidelis Nabochdonosor ad clavum imperii sedeat, & alienos Deos adorare jubeat, Danielis sumendus animus, & potius leonum fovea eligenda, quam jubenti idololatricum cultum parendum, Dan. 6. Si improbus Saul jubeat sacerdotem & virum Dei occidere, surdi sint ministri. 1. Sam. 22. Si verò Magistratus iniqua præcipiat, quæ tantum utilitatem privatam concernunt, præstabilius erit obedire, quam justa recusando cæteris rebellandi occasionem præbere. *arg. l. potioris C. d. offic. rector. provinc. l. i. in fin. C. d. off. præf. urb.* Rebellionis enim species est, denegare quæ imperantur *N. A. 1542. zu Speyer/ S. würde sich aber jemand in sine.*

POSITIO XII.

Utrum in casu necessitatis diversæ religionis Principes ad defendendam remp. mutua jædera illa se tamen conscientia inire possint?

Sicuti Reip. emolumentum spectatur, quando Cives aliis Vicinis & Civibus mutuam præstant operam, in defensione necessaria, sic è contra labefactatur maximè quando Cives suis vicinis & civibus operam mutuam in defensione præstanda denegant, quapropter rectè circa problema hoc 12. affirmativam tuemur sententiam, quia Resp. ab interitu sine scelere liberari commodè potest, præsertim deficientibus aliis mediis in eum finem usurpandis, & rectè huc quadrare potest, Axioma Logicorum, cujus finis verè & per se bonus est, id ipsum etiam bonum est,

Posit.

POSITIO XIII.

Num Orthodoxi cum diversa religionis hominibus in una Rep. degentes, contra communem hostem publicum exercitum verae religionis defendendi causa, optimo jure junctim militare possint?

Hoc problema fluere videtur ex praecedenti, pro affirmativa autem sententia, nostram quoq; subjungimus, per facta. speciem rem sic declarabimus. Multae sunt Civitates in quibus diversae religionis homines tolerantur, si post pragmaticam constitutionem de pace Religionis in una eademq; urbe imperiali, qualis est Erfurdia, Hildesia, Tremonia, Wormatia, Ratisbona, Spira. Lutherani & Pontificii tolerantur. Quod si igitur quidam inter illos ab hoste obsiderentur, nonne omnibus civibus incumberet ut arma contra hostem producerent, atq; sic optimo jure defensionem pro patria susciperent.

POSITIO XIV.

An Princeps Orthodoxae religioni addictus aliorum populorum à legitimo suo Magistratu pressorum, curam aliquam gerere, eosq; legitimè defendere possit?

Quam miserè Imperium Romanum haecenus fuerit dilaceratum, quis est qui non videat, imprimis dum illi qui ob veram religionem pressi fuerint, nullam legitimam defensionem à suo Magistratu ordinario consequi potnerint, unde non immeritò quaeritur, utrum Princeps verae religioni addictus, aliorum populorum à legitimo suo Magistratu pressorum, curam aliquam gerere, eosque legitimè defendere possit? Affirmativa nobis placet sententia. Novimus enim nefas esse hominem homini insidiari, l. 3. ff. d. 7. & 7. Ita docemur beneficio affici hominis interesse, l. 1. §. 4. ff. ad l. Cornel. d. sicar. Sic laudatur factum Augusti Elect. Sax. qui ad Henricum III. Galliae Regem Hugonotorum causa, literas intercessorias misit. Sed hic meritò pedem fisto Et
Sequen.

*Sequentia Epigramata Mantiffæ loco adjicere libet
ad publicam disquisitionem.*

1. Utrum hæretici capitali supplicio sint affiendi? D.
2. An Reformatae religionis sectatores, quos Calvinianos appellamus, in publica religionis pace sint comprehensi? N.
3. An Pater Augustanae religionis, possit filium qui sese nuper Catholicæ religioni associavit, tanquam hæreticum exhæredare: N.
4. Utrum hæreticorum exuvia communi cæmiterio privanda? N.
5. Possitne Princeps Christianus sine peccato conscribere milites ex populo infideli? A.
6. An fidelis & Christianus possit sequi bellum infidelis? D.
7. Utrum hodiè ut olim Princeps LL. sit solutus? D.
8. Utrum Imperator Antecessoris sui edicta adimplere & approbare cogatur? D.
9. An Princeps Christianus, si ab alio Christiano iniquè bello & crudeli persecutione tam religionis quam regionis prematur, & aliter se tueri non potest possit cum Turca fœdus inire, & ab eo auxilium adversus alium Magistratum persequentem petere? N. cum *Sleidan. lib. 8. p. mihi 215.*
10. An Imperator pœnarum remissionem & indulgentiam alicui concedere possit? D.
11. Possintne Clerici esse milites? N. per *c. unic. 2. F. 21. l. placet 17. C. T. Episc. & Cleric.*

F I N I S,

153709


AB: 153709

X2615956

Retro ✓


VD17





15





B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

Academicus.
ONIBUS
AM DUBIIS
POLITICIS
TANS.

quem
O. M.
*Amplissimi Senatus Juridici,
eucoridis,*
lii umbone
ssimi & Consultissimi
R. I.,
GI Grossen/J. U. D.
& Facult. Jurid. VVitteb.,
fat. Adfessoris dignissimi.
sui omni officio & cul-
prosequendi.
tioni committit.

CLEMENS
C-SiL.
*in Acvoaterio Jctorum
neridianis.*
ER GÆ,
GEORGII MÜLLERI.
loc XXX.

U. g. 17, 6